
Tychonis Brahe
...
Phil. Mulleri:
Dissertationes
1665.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

129, 96

UNIVERSITETSBIBLIOTEKET 2. AFD.
8° KB 129

2 1 129 0 00285 8

+REX

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS HAUNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

TYCH
JOHA
THOM
LIBER
Ambro
JOH.B
PHILI

D

An verum fi
malà,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

129-96.

TYCHONIS BRAHE
JOHANNIS KEPLERI
THOMÆ FIENI
LIBERTI FROMONDI
Ambroſii RHODII
JOH. Bapt CYSATI
PHILIPPI MULLERI

DISSERTATIONES,

An verum ſit, Cometas præſagire & efficere mala, peſtem, famem, mortem Principum.

ANNO 1665.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
HAUNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

QVoniam exitum hujus anni luminũ Pater inſignem atq; illuſtrem eſſe voluit novis duôbus é cælo miraculis, quorum alterum adhuc fulget: (quanquã nec ratione mihi defecti videntur, qui putant adhuc fulgentem Cómetam, eundẽ eſſe qui viſus eſt 3. Decemb. in Corvo. Quæ de conjectura quid ſtatuendum alio tempore ab aliis plenius & planius diſſertabitur) nemo ferè paullò humanior homo non ſibi ad inquirendum in tàm rara, & inſolitæ figuræ, lumina ſtudio omni enitendum pũtavit. Ac pleriq; quidem, totius rationis ignari, qui neq; obſërvationis ullam viam, neq; aliquod præceptum Aſtronomiæ teneant, tantum, qvantum oculis poterant, conſeqvebantur. Alii autem adhibitis Machinis aſtronomicis, ad obſervandum idoneis, illorum qui motus fuerint, quæ longitudines latitudinesq; cotidianæ, alia, cæperunt ſcire. Quorum obſervationes quales fuerint, & qvam accuratæ, tempus docebit & eventus. Interim unum eſt, de quo judicium meum ſuſpenſâ manu proferam: ſi

non ob aliud, at ut eliciam, ac quaſi exterebrem aliorum ſententiam : à quibus, ſi erro, lubens ad verum converti me ſinam. Tradunt omnes, qui aliquid de Cometarum naturâ ſcriptis conſignarunt, ſignificationes eorum eſſe graves. Itaq; non immeritò quæritur, quomodo fiant ſignificationes iſtæ, naturaliter, an ſupernaturaliter. Viſus ſibi hunc nodum ſolvere Ptolemæus, cum ſcribit, Cometarum naturam eſſe, turbulentias facere, bella, quæq; hæc ipſa comitantur. Ac ante illum Ariſtoteles lib. 1. Meteorol. cap. 4. 6. 7. cometas ait fieri ex halitibus terreſtribus, & ſignificare mala, quoniam aêr, quem tranſeunt halitus iſti, illorum imbibat qualitates. Verùm, ſi mihi liberè, quod ſentio, dicere liceat, non tàm in Ariſtotelis ac Ptolemæi, quanquam magnorum virorum, ſententiam pedibus ivero, quàm adſeram, Cometas quidem pleroſq; omnes rei triſtis eſſe nuncios; nec tamen inde conſequi; eos belli, famis, peſtis, & Principum mortis (quarum calamitatum nuncii vulgò putantur) Phyſicas cauſas eſſe; ſed eſſe ſigna, ſupernaturalem habentia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

bentia ſignificationem. Poſterius hoc, cujus ornamenta conſtructa, neſcio quo in libro, nuper, quaſi per tranſennam præteriens ſtrictim adſpexi, Theologi nobis in lucem proferent atq; explicabunt. Ego verò prius illud mihi nunc ſumo confirmandum non meis, ſed Clariſſimorum virorum, in his 1, Thomæ Fieni argumentis. Quæ apud ipſum reperi in tractatu de Cometa anni 1618. p. 59. ſeqq. ubi hæc leguntur.

Opinio mea eſt, Cometas nihil præſagire naturaliter. An aliquid præſagiant ſupernaturaliter, & ex inſtituto Dei, non eſt meæ Profeſſionis diſputare; ſed id relinquo Theologis diſputandum. Quod autem nihil indicent virtúte naturali, probo. Primò. Si cometæ ejuſmodi futura mala indicarent, vel indicarent ea ut cauſæ eorũ, vel ut coeffectus. Nam ut effectus non poſſunt indicare. Quia quod indicat in ratione effectûs, indicat ſuam cauſam & indicat præſens vel præteritum. Cometa non indicat mala ut ſuam cauſam. quia mala ſubſequentia non ſunt cauſa Co-

metarum: ſed potiùs Cometæ deberent eſſe ipſorum malorum cauſæ. Et cometæ non indicant præſens, vel præteritum, ſed futurum. Præter has ſigni rationes ferè nullæ ſunt aliæ. Quia nihil ferè eſt ſignum alterius Phyſicè, niſi vel ut effectus ejus, vel ut coeffectus, vel cauſa. Dico ferè. quia ad huc ſunt aliæ rationes ſignorum. Sic pars viſa eſt ſignum ſui totius ibidem præſentis, etc. Sed ſimiles rationes ſignorum non competunt cometis. Atqui Cometa neq, ſignum eſt futurorum, ut cauſa; neq, ut coeffectus. Ergò non eſt ſignum eorum. Non ut cauſa. qvia Cometa non eſt cauſa futurorum eventuum. Nou ut coeffectus. qvia quod ſignificat, vel indicat ut coeffectus: illud indicat alium effectum, procedentem ab eadem cauſa, à quâ ipſum proficiſcitur. Sic gracillatio gallinæ eſt ſignum ovi ponendi, quia gracillatio & ovum, ſunt duo effectus procedentes ab eadem gallina Quia gallina eſt cauſa utriusq; & qvando unum effectum efficit, tum ſtatim etiam effic it & alterum & ſic unus effectus eſt ſignum alterius effectus, vel præ-

ſentis, vel ſtatim ſecuturi. Sic magna claritas nocte in aliquo loco, eſt ſignum, qvod in illo loco, ubi illa eſt, ſit magnus calor. qvia calor & claritas ſunt coeffectus, ſive duo effectus ejusdem cauſæ, nempè ignis. At Cometæ & futuri triſtes eventus non ſunt effectus, ab unâ, & eâdem cauſâ procedentes. Ergò non poſſunt ſe mutuò indicare: vel unum non poteſt indicare alterum in ratione coeffectus. Si ergò Cometa in nulla ratione ſigni Phyſici indicat futura mala, id eſt neq; ut cauſa, neq; ut effectus, neq; ut coeffectus: ergo non indicat.

Quod Cometa non ſit cauſa futurorum eventuum / probo. Quia, quicunq; aſſerunt cometam eſſe cauſam futurorum eventuum, nituntur eo fundamento, quod cometa ſit exhalatio fumida, pinguis, calida, ſicca ſulphurea in aëre accenſa. Et quatenus eſt talis exhalatio, eatenus dicunt ipſum tales producere in aere, ac corporibus animalium diſpoſitiones, ex quibus ejusmodi mala poſteà proveniant. Adeò ut tota vis præſagiendi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

cometis adſcripta nitatur eo fundamento, quod cometa ſit exhalatio accenſa. At hæc doctrina eſt falſa. ut ſuprà eſt probatum. (undecim ſcil. argumētis. undè conſequitur, Cometam eſſe corpus cæleſte. Id quod ibidem quatuor probat argumentis.) Ergo falſa eſt quoq; omnis virtus præſagiendi, quæ Cometis ex eo capite adſcribitur. Exiſtente enim fundamento falſo, concidunt omnia, quæ ab illo fundamento ſeqvuntur & dependent.

Porrò quod cometæ, & futura mala etiam non ſint coeffectus, probo. Quia non poſſunt in alia ratione Phyſicé eſſe coeffectus, quàm quod cometæ ſint effectus exhalationum in genere cauſæ materialis: & futura mala ſint effectus earum in genere cauſæ efficientis, adeoq; in diverſo genere cauſæ. At futura mala non ſunt effectus talium exhalationum ex quibus fit cometa. Quia cometa non fit ex talibus exhalationibus, ſed eſt corpus cæleſte, ut oſtenſum eſt. Ergo futura mala & cometæ non ſunt coeffectus, ſeu effectus ab eadem cauſâ procedentes.

Porró

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Porrò qui de præſagiendi ratione Cometarum ſcribunt, dicunt Cometas futura mala indicare hac ratione. Exhalatio, ex quâ fit cometa, inquiunt, eſt ſicca. Si ſicca, ergo aërem, per quem tranſivit, exſiccavit. Deniq; eſt incenſa. Si eſt ſicca, & incenſa; ergo tam vaſti corporis flamma aêrem excalefecit, & exſiccavit, & impreſſit ei calidam, & ſiccam intemperiem, & vapores aeris conſumpſit & exſiccavit. Si ita conſumpſit, & exſiccavit: ergo non fient pluviæ: Si non fient pluviæ: ergo fiet ſterilitas agrorum, & aêr non depurabitur. Pluviæ enim aêrem multum depurant. Si fiat ſterilitas agrorum, fiet annonæ caritas. Si annonæ caritas; ergò homines coacti neceſſitate comedent pravos cibos. Ex tali hominum diæta, ſequentur varii morbi. Deniq; quia aêr à flamma Cometæ erit excalefactus, & exſiccatus, graſſabuntur febres ardentes, & morbi calidi Et quia illa exhalatio eſt fumida, viſcida, ſulphurea, ac pravæ naturæ, malignam quoq; aëri imprimet qualitatem, à quà ſimul cum annonæ caritate fient peſtes, etc.

Porrò quia illa exhalatio fumida non poteſt in totum eſſe conſumpta, ſed multæ ejus portiones in aëre, per quem tranſierunt, & præcipuè in infernâ aëris regione, ad quam flamma Cometæ non pertingit, debuerunt eſſe relictæ, eatenus fient venti. Quia ventus eſt exhalatio calida & ſicca. Tales enim portiones exhalationum relictæ à media aëris regione frigidâ deorſum protruſæ, & ab oppoſitâ terrâ in latus agitatæ facient ventum. Quatenus fient venti, eatenus ſequentur in mari tempeſtates: à maris tempeſtatibus regionum inundationes. Cum ejusmodi exhalationes generantur, non omnes in altum aſcendunt, ſed aliqvæ etiam in viſceribus, ac cavernis terræ relinquuntur: Illæ autem exire nequeuntes, terræ-motus excitabunt. Ulterius, quia corpora animalium alterantur à qualitatibus aëris, & aer, ut jam dictum eſt, à Cometa eſt calefactus, *&* exſiccatus; neceſſarium eſt, ut in corporibus hominum multiplicentur humores calidi & ſicci, & conſequenter, multiplicetur bilis; & quia bilis facit homi-

nes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

nes iracundos; hinc homines fient iracundi, ſeditioſi: hinc in urbibus ac populo ſeditiones. Et qvia etiam Principes fiunt iracundi; fient bella & quatenus fiunt bella, & principum mortes, eatenus ſequentur regnorum religionisq: mutationes.

Ex quibus omnibus patet, totam vim præſagiendi Cometarum, eo niti fundamento, quod cometa ſit exhalatio accenſa in aëre. Quod cum ſit falſum, nemini non ſit manifeſtum, omnem vim præſagiendi Cometarum falſam quoq;, frivolam, ac ridiculam eſſe. Accedit, quod licet verum eſſet, quod cometa eſſet, talis exhalatio accenſa: tamen nullâ ratione poſſet præſagire pleraq; eorum, quæ ei adſcribuntur. Quod probatur. Etenim talis exhalatio neceſſariò accendi deberet, loco altiſſimo, multis millibus milliariorum à nobis diſtante, uti ſuprà oſtenſum eſt, ex eo, quod Cometæ motu primi mobilis rapiantur. At exhalationes tam remoto loco accenſæ, quomodo poſſunt aërem hunc infernum afficere? Si exhalationes pravæ o-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

nes adſcenderunt in ſuprema aëris loca, ergò aër infimâ ſui parte eſt depuratus. Ergo nullæ malæ exhalationes hîc ampliùs remanſerunt, quæ corpora noſtra malè afficere poſſint. Et ſi exhalationes omnes ibi ſuprà ſint accenſæ: ergo ſunt exuſtæ. Ergo non amplius ſunt, nec ullam malignam qualitatem reſervarunt. Ignis enim omnem venenatam qualitatem delevit, & extinxit: ut patet in peſte, in qua ignes exſtruuntur, ut venenata aëris qualitas exſtinguatur. Si dicatur, quod ſaltem aër eſt exſiccatus, & excalefactus; atq; ex eo ſaltem multa mala contingere poſſint. Primum videtur, quod non poſſit eſſe calefactus. qvia cum ignis ille fuerit tam multis millibus milliariorum à nobis remotus, non poteſt ſic inferiorem aërem multum excalefeciſſe vel exſiccaſſe. Et quomodo poteſt aër ab eo calefieri? Plerumq; enim aſſerunt ſcriptores, Cometas fieri in autumno: autumnum ſequitur hyems: quantum in autumno aër à Cometa eſſet excalefactus, tantum videtur, quod iterum à ſub ſequente hyeme deberet refrigerari. Et ſi

aër

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

aër excaleſceret à Cometa, & exſiccaretur, magis calidus eſſet, cum adhuc ignis, & cometa durant, quam cum eſt exſtinctus. Sed quis in aëre à cometa ſenſit calorem, aut ſiccitatem? Non eſt dubium, quin Cometæ frequenter apparuerint, quando aër fuit maximè frigidus. Accedit quod inter Cometam, & infimam hanc aeris regionem intercedat media aëris regio frigidiſſima, quæ omnem Cometæ in eam activitatem videtur neceſſariò debere impedire.

Porrò omnia, quæ deducunt auctores communiter fieri à Cometâ, per quandam ſequelam cauſarum; & effectuum, fiunt à ſuis cauſis tàm remotè, tàm fortuitò, & contingenter, ut nullam habeant fiendi vel neceſſitatem, vel apparentiam. Non enim ſequitur, aër eſt exſiccatus, ergo nulli fient vapores, & conſequenter nullæ pluviæ. Etenim æſtate aër eſt exſiccatus, & tamen nihilominus paulo poſt in autumno fiunt pluviæ maximæ. Non ſequitur, relictæ fortè ſunt aliquæ exhalationes in aëre, qvæ non ſunt abſumptæ ergò fient magni venti. Quia fortè non ſunt

relictæ,

relictæ, ſed ſurſum omnes adſcenderunt. Et ut aliquæ relictæ ſint, non eſt neceſſarium quod inde ſequantur magni venti.

Porró ut fiant magni venti, non ſequuntur properea neceſſariò, aut frequenter, terrarum, aut regionum inundationes. Nec neceſſarium eſt, quod adſcendentibus è terrâ exhalationibus, aliquæ in terris remanſerint, quæ terræ-motus faciant.

Cur enim multæ remanſiſſent, & non exiviſſent cum aliis? & ut remanſiſſent, non ſequitur, quod illæ terræ-motus ſtatim facere debeant. Fortuitum hoc nimis eſt & rarum. Frequenter, & ſingulis annis in terrâ, & è terrâ excitantur exhalationes, & tamen nulli fiunt terræ-motus.

Dicunt, quia Principes habent corpora teneriora aliis, ideò præ aliis, ab infecto exhalationibus aëre magis afficiuntur, & à morbis, qui tum graſſantur, interimuntur. Ridiculum eſt. Quare enim Principum corpora

pora ſunt teneriora corporibus aliorum, aut magis pravis humoribus prædita? Si principes ſint obnoxii Cometis propter corporis ſui teneritudinem: ergo multò magis ſenes, mulieres, pueri. ergo illorum mors à Cometis eſſet prædicenda potiùs, quam Regum, aut principum.

Dicunt, quia corpora fiunt bilioſiora, ideò & ad iram prona, hinc ſubditi moliuntur ſeditiones: principes aliis vicinis principibus bella inferunt. Longè petiti effectus, & longa ſeries cauſarum. Aer non multum facit corpora bilioſa, ſed proprium temperamentum, victûs ratio etc. Bilis aliquod adventitium incrementum non multum facit ad hominum iram. Ab aliis cauſis iracundia procedit; à bilioſâ complexione naturali, non adventitiâ, pravâ educatione, imprudentiâ injuriisq; perceptis. Nec ira Principum facit bella, ſed cupiditas dominandi, amor vindictæ etc. Bella pendent à Principum & Conſiliariorum, aliorumq; Principum ſuadentium liberâ voluntate. Quæ autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

autem à liberâ hominis pendent voluntate, non ſunt obnoxia actionibus neq; cælorum, neq; Cometarum, neq; aëris, niſi valdè fortuitò, & valdè remotè. Quorum fortuitorum, & remotorum, eventuum nulla poteſt fieri prædictio, niſi valdè temeraria, fortuita, ſtulta, atq; incerta. Quis aulicorum animadvertit Principem ſuum poſt apparitionem Cometarum ſolito iracundiorem? Si Cometa tali ratione excitaret iracundiam in principibus, eadem ratione, & in aliis hominibus (præcipuè tenerioribus, ut mulieribus, pueris excitare deberet. At quis unquam paterſamilias animadvertit vel uxorem ſuam, vel proles poſt Cometarum apparitionem fuiſſe iracundiores, quàm ante eam? Julius Cæſ. Scaliger Exercit. 79. cap. 2. aſſerit, Cometas nihil præſagire, neq; ut cauſas, neq; ut ſigna. Etenim, inquit, exiſtimare à Cometâ Regem interfici, ridiculæ dementiæ eſt. Tanto minus everti Provinciam.

Audiamus tamen & nonnulla alia ſtulta præſagia. Magnus Mathematicus Ptolemæus

mæus in centiloquio, pronunciato ultimo ſic inquit: *Cometæ quorum intercapedo eſt undecim ſignorum à ſole, ſi apparuerint in cardinibus regni alicujus, Regem aut Principem, aut ex principibus regni aliquem moriturum, prænunciant. Sin in loco ſuccedente, benè ſe habitura, quæ Theſauri ejus ſunt; ſuum tamen adminiſtratorem mutaturum; qui ſi in loco declinante, morbos, ac repentinas mortes fore. Ac ſi ab occaſu moveatur ad ortum; externum hoſtem regionem invaſurum: ſin non moveatur, Provincialem hoſtem futurum.* Cardanus lib. 14. de Variet. rer. cap. 70. ſic inquit: *Cometa Color dictum, rubens ac ſplendidus, vel lividus, vel niger. Hæ enim omnes Peſſimæ; argentea, & candicans nimis formidabilis. Diuturnæ quoq; & magnæ, & plures contrariis ſunt deteriores, & quæ frequentant, & hyeme, quam æſtate, & diurnæ, quo rariores, eo majus exitium portendunt. Et juxta Saturnum, peſtes & proditiones; & ſterilitatem. Circa jovem, legum mutationem, mortem Pontificum: juxta Martem, bella: juxta Solem, toti orbi magnam cladem. juxta lunam, magnas inundationes, aliquando ſiccitates. juxta Venerem, Principum mortem & nobi-*

lium

lium. juxta Mercurium, varia mala, & multa. juxta lyram deliciòſis & nobilibus: juxta Coronam & in Tropicis, Æquinoctiisq́;, Regum interitum. juxta Serpentem, & in Scorpione peſtem. juxta Trigonum, perniciem ingeniorum, in fixis ſignis, terræ-motus. juxta caput Gorgonis, & armatas figuras, bella. juxta Andromedam & Caſſiopæam, ſervitutes, & deſolationes. juxta Eridanum, & Argo, tempeſtates, inundationes. Cum deliquiis, horrendæ & miſerabiles. Mobiles valdè, ſiccitates, & ventos pariunt. Fixæ diuturniora mala. Cuſpis etiam oſtendit locum huic malo obnoxium.

Quid ſtultius his præſagiis excogitari poteſt? Quid ſtultius me foret, ſi tempus terere vellem tàm ſtultis & vanis pronunciatis refellendis, deſumptis ex ſtultâ, vanâ, & ſuperſtitioſâ divinatrice Aſtrologiâ? Aliam præſagiendi rationem habet Plin. lib. 2. cap. 25. *Referre arbitrantur in quas partes ſeſe iaculetur, aut cujus ſtellæ vires accipiat, quasq́; ſimilitudines reddat, & quibus locis emicet. Tibiarum ſpecie, Muſicæ arti portendere Obſcænis autem moribus, in verendis partibus ſignorum. Ingeniis, & eruditioni, ſi triquetram figuram, quadratamve pari-*

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

bus angulis ad aliquos perennium Stellarum ſitus edat. Venena fundere, in capite Septemtionalis Auſtrinæve ſerpentis Qui longè ſtultiora adhuc Cometarum præſagia intelligere voluerit, conſulat Haly c. 1. part. 8. de judiciis aſtrorum. Item c. 32. & 41. par. 8. ejusdem libri. Item Albumaſarem lib. 5. de conjunctionibus magnis & in fine Florum & Cardanum lib. 2. 3. & 7. aphoriſmorum. Porrò Cometas nihil mali vel efficere, vel præſagire huic mundo poſſe, adhuc variis aliis rationibus poteſt probari.

Probo ergò ſecundò. Cauda cometæ nihil agit, quia ſolum eſt ſplendor luminis, ut dictum eſt. Ergo ſi eſt aliqua vis agendi in Cometa, erit in capite ejus. at cometæ caput, eſt valde parvum. tàm parvum autem ſydus nullam poteſt magnam in hæc inferiora exercere activitatem. Nam ſi una alia ſtella ſola ex iis, qvæ in cælo ſunt, nihil poteſt notabiliter efficere in hoc mundo inferiore: immò ſi omnes ſtellæ cæli ſimul ſumptæ parùm efficiant, exceptis ſole, & Lunâ, à quibus ferè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

rè omnis, quæ in hæc inferiora exercetur, actio, procedere percipitur: quid operabitur tam parvum ſydus, tranſiens, nullo loco conſiſtens, & tàm exiguo tempore durans?

Tertiò. Ut ita eſſet, quod Cometa haberet aliquam in hæc inferiora activitatem, qualis ea foret, impoſſibile eſſet ſcire. Nam ſi ſcire non poſſumus, quid aliæ cæli ſtellæ operentur, ut ex falſitate & incertitudine Aſtrologiæ judiciariæ eſt manifeſtum; quæ tamen ſemper, & à condito orbe ſteterunt, & quarum virtus, jam quatuor mille penê annis potuit obſervari; quomodo poterimus cognoſcere Cometarum vires, qui raró apparent, ſtatim prætervolant, & citò pereunt?

Quartò. Vires ſyderum modificantur diverſimodè propter concurſum activitatis tot aliorum ſyderum; quæ ſuas mutuò vires frangunt, mutant vel intendunt. & hæc eſt cauſa, cur eorum virtus cognoſci nequeat: eâdem ratione nec Cometarum poterit: multo

to

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

to minus, ex eo quod Cometæ moveantur, & ſingulis diebus cum novis ſyderibus conjungantur, à quibus eorum virtus variatur, modificatur, determinatur, cognoſcibilis evadit.

Dices, experientiâ cognoſcitur: Sed illa cognitio nimis eſt incerta. Nam etſi multa mala & triſtes eventus in mundo poſt cometas evenerint; non ideò evenerunt virtute cometarum; Sed vel etiamſi nullus cometa apparuiſſet, eodem modo proveniſſent. In hoc mundo tàm inconſtanti, & ex tam contrariis conſtante partibus, nihil poteſt permanere perpetuum. Semper novi eventus, hîc triſtes, & hoc anno: alibi, & alio anno læti. Nunquam tres, quatuor, quinq; anni (ad quos etiam multi Cometarum efficientiam extendunt) labuntur, quin aliquâ parte mundi ſemper àliqua mirabilia, triſtiaq; eveniant: hîc bella, illic mortes Principum; alibi inundationes, terræ-motus, annonæ caritas, peſtilentia, mortes Regum, etiamſi nulli cometæ appareant. Quam

multos

multos vidimus triſtes eventus hiſce annis, quibus tamen nullus cometa illuxit? cui, ſi illuxiſſet, omnes absq; dubio adſcripti fuiſſent. Sicut autem multa triſtia eveniunt, ita & læta: & ideò ſi quis ex hiſtoriis conferret omnia, quæ poſt appar itiones Cometarum in mundo contigeruut, absq; dubio non minora læta, qvàm triſtia reperiret. Nunqvam in aliquo loco poſt Cometam triſtes eventus ſecuti ſunt, qvin in aliis mundi partibus, vel ſæpè in eadem non pauciores læti evenerint, etſi non commemorentur Ad felicia minus advertimus, quàm ad triſtia, & horrenda. Quando fuit, quod trium qvatuorve annorum ſpatio non rex aliqvis, magnus dux, aut princeps mortuus ſit? Obiit magnus Rex Philippus, obiit Imperator, Seremiſſima Hiſpaniarum Regina, proles ejus, Galliæ rex, Sereniſſimus Maximilianus: à quo Cometa? nullus apparuit. Certè ſi apparuiſſet, miſer Cometa homicidiorum omnium reus fuiſſet. Multi è contra apparuerunt, poſt quos nihil notatu dignum accidiſſe eſt animadverſum. Julius Cæſar Exercit. 79.

cap.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

cap: 2. Sic inquit: *Multi itaq; ſunt à nobis viſi Cometæ, quos nulla uſpiam totâ in Europâ, ſubſecuta eſt pernicies mortalium. Et multi clariſſimi viri ſuo fato functi ſunt, multi everſi principatus, peſſumdatæ familiæ illuſtriſſimæ, ſine ullo cometæ indicio.*

Quinto. Si Cometa tantum mali præſagit; cui regioni præſagit? an regionibus à quibus videtur? Atqvi 24. horarum ſpatio hic noſter totum mundum circummeavit: & à toto ferè mundo viſus fuit. an ergò toti mundo minatur? Virtus Syderum eſt univerſalis, nec ad ullam peculiarem determinatur regionem: ſed quas partes illuſtrant, in eas omnes agunt, modò ſint receptivæ actionis eorum: Ergo erit & Cometarum. Undè ſi tantum mali efficerent, & præſagirent, non unitantum regioni, ſed toti mundo, & facere, & præſagire deberent: quod á nemine proditum eſt. An verò illis regionibus tantùm minatur, ſupra quarum vertice fertur? Nam in illas rectis radiis virtutem ſuam magis demittit. Sed hic Cometa delatus fuit ſuper verticibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

cibus mediæ partis mundi: & ſuper verticibus omnium mundi regionum, quæ ſunt cis Æquinoctialem (Nam ab Æquinoctiali ad minimum ejus ortum incepiſſe non eſt dubitandum.) Proindeq; ſuper verticibus omniũ ferè præcipuarum mundi partium. præcipuæ enim omnes mundi regiones ſunt cis Æqvinoctialem: Auſtrinam mundi partem ferè mare occupat. An ergo omnibus minatur: Decurrit hic Cometa ſuper vertice totius Aſiæ, Europæ, Mexicanæ, & Majoris partis Africæ. Et ut citeriores, magis notas, mundi partes nominem: ſuper tota Arabia, Perſia, Turcia, Barbaria, Maroco, China, Japonia, Hiſpania, Francia, Italia, Germania, Polonia, Belgio, Tataria, Catay, Moſcovia, Ruſſia, Norwegia, Islandia Groenlandiâ, Nova Semblâ etc. Super Maroco & Feſſa decurrit die 14. & 15. Decembr. Super HIſpania, quando fuit circa ſiniſtrum humerum Bootis, nempe 16. Decemb. Die 17. ſuper Italia. Die 20. ſuper Franciâ, Turciâ. Die 22. ſuper Germania, Belgio. Die 2. jan. ſequentis, ſuper nova

Semblâ

Sembla, Groenlandiâ, etc. Quibus ergo minatur? an iis ſuper quorum capite diutius hæſit? an iis, ſuper quorum capite, majus lumen, majoremq; caudam habuit? Si his: timeant Indi, & quicunq; inter Æquinoctialem, & Cancri Tropicum habitant. Si illis: timeant Ruſſi, Moſchi, Groenlandi, Tatari. Nam ſuper eorum vertice exiſtens tardè proceſſit, adeòq; multo tempore hæſit. Simus nos ſaltem ſecuri, ad quos neutra ratio magnopere ſpectat: cum medio modo habuerimus circa utramq;. Sed nec illi timere debent. Quia quibus magno lumine magnaq; caudâ incubuit, eos citò pertranſivit. Super quibus diu hæſit, eos exiguitate luminis ſui, corporisq; languore, & debilitate non multum afficere potuit. An verò minatur iis, ad quos cauda ejus tanquam virga dirigitur, ut Cardanus loco citato, & Plinius lib. 2. cap. 25. aſſeruerunt. Illud dici non poteſt. Quia cauda dirigitur ad omnes mundi partes. Cauda enim ejus ſemper eſt averſa Soli. In qua parte eſt Sol, in oppoſitum dirigitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

cauda ejus. Unde cum Sol quotidiè totum circummeet orbem, neceſſum eſt, ut quoq; cauda cum ipſo circumducatur, & ſic 24 horarum ſpatio, ad omnia cœli puncta ſemel dirigatur.

Sextò. Quo tempore effectus illi ſunt à Cometa exſpectandi? Si in multos annos virtus ejus extendatur, quod multi faciunt, non mirum ſi multi intereà triſtes eventus, in hoc inſtabili, & perverſo mundo contigerint; non virtute ipſius cometæ, ſed ab aliis cauſis. Seneca lib. 7. natur. quæſt. cap. 28. tradit ad annum vim activitatis ejus extendi.

Sed & ad annum, & magis ad tres, quatuor, quinq; extendi, omninò à ratione alienum eſt. Nam quomodo aget, ſi periit? videtur quod ejus efficacia maximè deberet elucere interim quam durat. Nam poſtquam periit, evanuit, vel exceſſit, effectus ejus ab aliorũ ſyderũ continuâ, ac per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

verante activitate, à ventorum interim ientium diverſitate, ab anni temporum ternâ varietate, neceſſariò deſtrui, & ex-ngui debuiſſe videtur.

æc Ille, Thomas ſcil. Fienus
Academia Lovanienſi Archiater.
Cui Libertus Fromondus ſic
reſpondit.

REſponſionem, quâ me dignatus, non legi, Vir Clariſſime, ſed ſpacio aliquot minutorum devoravi, ut non avidius rebrum jovis. Quî ſapuerit, rogas? od doleam. Et Cometas nihil minari di-s? falſum eſt. Hic certè Ariſtoteli no-o, non minas ſolùm, ſed exitium tulit. t patrem noſtrum jugulares te barba illa mulavit: immò me ut arenam tibi & con-eſſum perſuaderem cum veterano iſto La-ſta, qvem non putavi tam miſerè cervi-

 cem

cem daturum. Ite Peripatetici, & imaginarium funus facite veſtro Principi-

Cardanum rides, ubi Cometem *juxta Coronam, & in Tropicis Æquinoctiisq; Regum interitum ait portendere?* Veriſſimum eſt. Noſter hic per æſtivum Tropicum, ſub Coronam ad Colurum Æquinoctiorum penetravit, & hoc Philoſophici Regis fatum fuit.

Petis tamen etiam ſenſum meum. Utinam poſſem aliter: à te ſum, & ſentio. Itaq; condonet Ariſtoteles: malo manus, quàm jugulum dare, & deſperatis partibus transfugio ad victorem. etc.

Idem Fromondus ibid. cap. 8.

DE Cometarum præſagiis largiter à te dictum Clariſſime vir, ut neſciam, quid ferè poſſim adnectere. Itaq; breviter,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

viter hic & accinctè mehabebo. Mira Germani, aliiq; de antecedentium annorum Cometis vaticinati ſunt, plerumq; falſò.

De ſtella illâ anni 1572. Quàm timenda, quàm paradoxa? alii, mundum ad metam certiſſimè veniſſe, & Antichriſtum jam jam è Moſcoviâ adventantem, cui ſtella erat verticalis, alii Chimæras alias & nugas majores confinxerunt. Totidem de altero novo ſydere poſſumus, qvod an. 1604. emicuit in Sagittario. etc.

Idem Fromondus Meteorologicorum lib. 3. cap. 3. articulo unico p. 126. ſeq.

SOlet benigniſſimum Numen, ubi menſura flagitiorum ad plenitudinem venit, & vindictam hîc potius temporariam, quàm æternam parat, naturalium iſtorum effectuum occaſione uti, & terrore illo ad

pœnitentiam & ſui reſpectum convertere. Itaq; cum Clariſſ. & eruditiſſimo noſtro Thoma Fieno, in Cometa anni, 1618. nego, Cometam, maximè cæleſtem, calamitatum Phyſicam cauſam, (quomodo enim exhalatio illa, ſive ſole tantùm perfuſa, ſive ignis etiam eſt, ex illo intervallo tantum valeat?) non nego tamen, ſignum ex inſtitutione divina eſſe, quam omnium temporum hiſtoria affirmat. Igitur Cometa res quidem naturalis eſt, ut iris: utraq; tamen ſupernaturalem à Deo ſignificationem habet. Et huc verba D Damaſceni lib. 2. Fidei Orthod. cap. 7. ducere potes: *Cometa Dei imperio certis temporibus conflantur, rurſusq; dilabuntur.* Dicitur enim ſpecialiter effectum illum, etſi naturalem, producere Deus, qvem ex mero arbitrio ad finem planè extrinſecum, quò cauſæ talis effectûs creatæ nullâ ratione adſpirare dici poſſunt, mittit & deſtinat. Ut etiam Gen. c. 9. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram.* Arcum ta-

men

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

men iſtum non ſolus, & digito ſuo depin- git, ſine penicillo radii ſolaris, qui con- cauſſa, ejus eſt, & quidem purè naturalis. Ariſtoteles tamen ſignum naturale vento- rum & ſiccitatis Cometas autumat, non quia efficiant, ſed quia exhalationes aliæ plurimæ & confertæ, quæ unà è terra (quam arentem ideò & exſuccam deſtituunt) in a- ëra ſcandunt, & miſcellâ inqvinant. *Inde mors imbecillium*, inquit Cardanus lib: 1. c. 8. *qui non exercentur, qui curis multis deſtrahun- tur, qui cibis delicatioribus utuntur, qui vene- ri indulgent, quiq; facilè ægrotant, & ad ſeni- um inclinant, & parum dormiunt. Tales igi- tur cùm ſint multi principes, mori aliqvem eorum in qvem omnia hæc magis convenerint, plerumq; contingit.* Adde, opinione illâ, quaſi noxii & in mortem miſſi, Syderis, pertur- bari aliquando fortè Principes cum jactura valetudinis. Sed imbecillæ hæ cauſæ ſunt; & ſi quid in ſublunaribus fortaſſe valent, in cæleſtibus Cometis, qui terræ filii non ſunt, nihil poſſunt. Igitur, aut non potiùs,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

qvàm turba vilis, occidunt tunc reges, videnturq; tantùm, quia ſublimium caſus eſt inſignior; aut certè tali oſtento nunciat Deus mortem ab aliis cauſis, jam jamq; paratis, inferendam.

Porrò ad præſagium & terrorem, Cometæ cæleſtes magis idonei ſunt elementaribus. Cùm enim altiſſimi & in omnium oculis circulos ſuos decircinent, latius & ad plures Numinis metum ſpargunt. Colorem etiam hûc referre aliquid putant. Atrati enim aut ſanguinantes, Saturnii aut Martiales exiſtimantur, & argenteis illis ac Veneriis nocentiores. Fixæ deinde, quibus ſubrepit, aſpectus Planetarum mutuus, & Signum, ubi ortum & incunabula habuit, non negliguntur. Barba deniq; cenſetur mucronem intendere in eam provinciam, cui diriſſimè minatur. Verúm hæc, ancerto fundo concepta, nimis quam vacillant. Barbam enim caſu in illud cæli punctum dirigit, quod contigerit opponi Soli.

Sol

Sol quippe, caput, & barba Cometæ in eadem lineâ circuli maximi ſunt. Neq; dum ſatis expertum, an Deus cuſpide illâ barbæ, in quam maximè partem deſævitura ſit ira, velit oſtendere. Sed ad quos ergo pertinere debet metus? inquies. Dico, ad omnes & univerſos. Quia omnes peccamus. Eſt tamen, cur iis crebriùs arteria micet, corq; palpitet, qui pluribus aut gravioribus ſceleribus ſunt cooperti.

Tycho Brahe de Nova Stella anni 1572. Concluſ. p. 800. ſeqq.

SCio quosdam fuiſſe inter viros aliàs excellenter eruditos, qui præcedentibus annis, editis in publicum Scriptis, Nova hæc Phænomena, quæ deſuper nonnunqvam apparent, nihil prorſus habere energiæ atq; ſignificationis contendebant, in hanc, ut opinor, cenſuram perducti, qvod ea, quæ Aſtrologi communiter de effectibus

talium aſcititiorum Syderum pronunciant, plena ſint vanitatis atq; irritos penè ſemper ſortiantur eventus: attamen meo judicio, non ob id tam admirandis & nobis cælitùs illuceſcentibus ſpectaculis, omnis denunciationis poteſtas deroganda foret, quod eorum Decreta ab iis, qui artem Aſtrologicā profitentur, præſagiri, ſatis evidenti experimento nequeant. Imò potius hinc errores eorum, qvi talia ut ut ſibi minus perſpecta, nimis audenter tamen effutiunt, taxandi eſſent, & imbecillitas humani judicii, atq; ad deviandum proclivitas agnoſcenda: non autem id circo ſtatuendum, Deum & Naturam, talibus noviter formatis corporibus, inaniter ludere, nihilq; præſagii mundo oſtendere. Si itaq; ejuscemodi faces cælitùs præter communem Naturæ conſuetudinem illuceſcentes, multum quidem habere Portenti concederent; ſed id quicquid eſt, à mortalium cognitione exemptum, omnemq; eorum captum exuperare aſſeverarent; equidem illos à veritate

minùs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

minus abſona decernere non inficiarer. Revera enim admodum abſtruſa eſt, & humani ingenii perſpicacitatem, quaſi ex alto eludit talium peregrinorum cæli Phænomenon prognoſis, cum ne quidem ſtellarum ab ipſa mundi origine cœlo micantium facultates & influentias, tot mundani ævi ſeculis, eâ qua par eſt, certitudine exploratas habeamus. etc. At ne ipſas quidem Syderum motiones oculis patentes, ſatis ſubtiliter rimari, perſpectasq; reddere, humanæ induſtriæ ſagacitas hactenus ſuſtinuit, licet certiſſimum ſit, nullam hic ſubeſſe incertitudinem, ut ob id minus mirum eſſe poſſit, eorum effecta ſenſibus non adeò obvia tàm profundè deliteſcere, atq; mortalium conatus crebrò fruſtrari. etc: Quem admodum ſtella hæc rariſſimum exhibuit miraculum, & præter omnium hominum exſpectationem quaſi ex improviſo cælitus exſtabat: Sic quoq; rariſſimos & ingentes atq; improviſos habituram effectus, veriſimile eſt: qui qvales in ſpecie futuri ſint, nulli eqvidem mortalium ſatis perſpectum judi-

co;

co; ſed æquè ab eorum præcognitione remotum, atq; Stellam hanc aliquando in cœleſti mundo exorituram ignorabant. Ex formâ autem ipsâ, quam ab initio præſe ferebat, quæ Joviali & Claro, lætoq; fulgore emicabat, videtur potiùs proſperum & exoptabilem pacificumq; rerum Mundanarum ſtatum præſignificare, niſi quod poſtmodum Martiali tincta rutilantiâ, quidpiam turbulenti atq; tumultuoſi violenter immiſcere videatur.

Johannes Keplerus Cometar.

Phyſiolog. lib. 2. p. 104. ſeqq.

PRincipiò non plané negabo, peſtilentiam nonnullos Cometarum Naturæ lege ſequi, tunc nimirum, ſi cauda, quæ defluxus eſt à capite, terram contingit. Id verò eſſet in conjunctione Cometæ cum Sole etc. Cum verò horum caſuum neuter crebrò eveniat, igitur ad explicandos Cometarum effectus naturales, de modis aliis cogitandum, qui requentiùs accidunt. Nam, ut verum fa‑ ar, non multo probabilior eſt iſte modus,

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

quam ſunt ii, quos tradiderunt Philoſophi, partim & Ariſtoteles: qvibus Aſtrologi contenti ſunt: *Cometarum ſoboles eſſe ventos, eò quod ex conflagratione ſcil. multi exiſtant fumi partim & alimenti combuſtibilis mole pertinaci flammæ irritatæ ad latera reverberentur, eoq́; motu aêrem concitent.* Ridiculè. Pergunt. *Ventis maria tumeſcere, littoribus infundi.* Id verum, ſed de locis maritimis. *Itaq; hac via etiam nimias & Cometis provenire humiditates* Nimio plus eſt in concluſione, quam in præmiſſis. Nam eſto, ut ex ſolis ventis Ille tumor maris extiterit, qui anno 1607. meuſe jan. graviter funeſtavit litora Britanniæ: non tamen ex illo tumore maris proximè ſecuta humiditas in Bohemia derivabatur, quæ principium occupavit Nov. an 1607. Similia ſunt; *Cometis exugi terras, hinc Sterilitates.* Quæro quâ cucurbitâ? ſic: *Ex fumis hujus incendii corrumpi aërem.* Ita mehercule, fœtorem gliſcentis fungi Sebacei, peſtilentem dicunt Medici. Puto tamen ſi fœtor iſte janua excludatur, nedum ſi in ipſo cælo inſit, ad nares meas non perventurum. Audi verò majora: *Ex ventis illis, Cometæ*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

ſobole, nonnullos ſub terram recipi: qui impatientes carceris concuſſa & motâ tellure moliantur exitũ. Poterant, compendio uſi, non ingredi ſub terram. Et ô validum tortorem, qui captivos coegit ſub antra, quos ipſa antra tenere non potuerunt. Hæc & ſimilia, planè futilia exiſtimo. Nituntur enim duabus falſis opinionibus, Cometas ardere, & ſub Lunâ eſſe. Accedunt alia incerta & falſa.

Idem lib. 3. Phyſiol. Com. anni 1607. p. 111. ſeq.

AFfirmo, Cometam hunc à Deo inter ſydera exhibitum, ut eſſet teſtimonium univerſis & ſingulis mortalitatis ſuæ. &c. Cometæ enim indicio diſcimus, totum hoc univerſum, adeòque & ipſum cœlum, eſſe corruptibile, & ſucceſſu temporis (in partibus certè) alterabile. Itaque æquo animo ferendam homini mortalitatis ſuæ conditionem, in hoc mortali collocato diverſorio: dumque hanc cœli labem quam Cometam dicunt, intuetur, animo concipiendum, & ſuum exitum, qui non ita longè eminus certiſsimo gradu accedat. &c.

Verum

Verum quidem, non quicquid proximè eveniet, Cometæ huic tribuendum: & prævideo, vulgus hominum circa Speciales effectus Cometæ, in maximis verſaturum erroribus: quodcunque proxima ſors tulerit, Cometæ tribuendum, ſeu bellum novum ſeu Magnatum interitus, ſeu quid aliud futurum eſt. Sic erravit & Seneca circa Cometæ Neroniani ſpeciales ſignificationes, idque & voce, & ſenſu. Palàm quidem Neroni fauſtum interpretatus eſt aſtrum, ejusque ſignificata accomodavit ad apparentem illorum temporum felicitatem, quæ Cometam proximè ſequebantur. Intus vero & in corde Neroni comminatus eſt interitum, Reique Publicæ libertatem, quod & ipſius de Cometis ſententia, & ſequens eventus arguunt. &c. Vis inquirere, quidnam in ſpecie ſignificet Cometa? circumſpice negotia Rerump. ex eo incepta vel agitata quo Cometa illuxit. Fruſtrà illa apud meam conſcientiam inquiris, unius hominis. Adi curias Hiſpanicas, Gallicas, Germanicas, Italicas, Polonicas, Turcicas, & ſi quæ ſunt aliæ ho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

minum frequentiæ magnæ. Ex hiſce quippe negotiis, non quidem omnibus, uno tamen atque altero crede oriturum incendium & perniciem partis alicujus hominum, alterius verò gaudium, ut ſolet fieri; idque tantâ fiducia pronuncio, quanta eſt allegatorum Authorum his rebus fides. Si nemo præterea, hic certè incendium jam ſentit, cujus in domo illud oritur: quod cum ipſe negligat, actumque ſit de ejus domo: monet tamen Cometa vicinitatem. Utinam quidem, quam non poſſum ego certam definire perſonam, vel locum: tam iſta in univerſum vana dicerem: ſinguli que admoniti deſiſterent periculoſis temerariisque inceptis, quæ famæ ſcupido plerumque ſuppeditat, in Authorem verò æquè facilè recidunt, ac in hoſtem, &c.

Ambroſius Rhodius Med. D. & Mathem. Sup. Profeſſ. in Acad. Elect. ad Albim de Cometa per Bootem An. 1618.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

FAteor & ego non fruſtrà in locum illum ſublimem tot miraculoſis & prodigioſis affectionibus exornatos Cometas à Deo opifice hominum vigilantium oculis eſſe ſuſpenſos. Sed affirmo, eſſe præcones malorum jam inter homines, gliſcentium. Si enim tâm cæci ſint homines, ut ad imminentia, jam pericula in quibus inter nos convenit, quaſi dormientes & ſecuri nolint attendere: accensâ hujusmodi æthereâ face, certa & claritate & forma ſeu figura & motu notabili, Deus hominum veternum vult excutere, eosque excitare, ut erectis capitibus & apertis oculis tempus viſitationis intueantur, agooſcant, & reſipiſcant. &c. Etiamnum ergò cupio veſtrarum illarum aſſertionum Aſtrologicarum ſcire cauſam. Eſto enim, quæcunque calamitates, in imperiis ſtatim ſunt inſecutæ illas Cometarum apparitiones, dependerint iſtæ effectivè à Cometis & ab eorum effectoribus conjunctis Planetis. Ego autem ſcire deſidero, quomodo tum Cometæ ortum trahant à Planetis, tum quo medio, vel quâ ratione producant halce calamitates

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

tes? Quæſtionis ratio non eſt fruſtranea. Neque enim ſolúm inter ipſos Planetas, in ipſorum regionibus generantur Cometæ, ut jam patet; ſed & quædam nova Sydera inter ipſas Stellas fixas ſedem invenerunt. Exiſtimabitis igitur, conjunctiones Planetarum operari ſurſum ad tantam vel majorem altitudinem, ut ibi per ipſos iſta fiant, ad quantam profunditatem verſus inferiorem, ut ibi naſcantur Cometæ? Superiorum verò eſt agere in inferiora, non contrà. Sed ubi operationis modus? Radiorum concurſum id præſtare exiſtimatis? hic vobis non licet relationibus tanquam per ſe, niſi interventu mentis, planè inefficacibus; & quidem non in cœlo, tanquam in loco Cometarum, ſed in terra, ubi terminantur, conſiderandis, tantũ ac tam prodigioſum opus tanquam id naturaliter producentibus, adſcribere. Deniq; an urget neceſſitas, quod Cometas facitis venenatos, truculentos &c. quaſi qui non ſolum ſimilium effectuum ſint cauſæ; ſed quod ipſam etiam largiantur materiam hiſce calamitatibus? An nuncius calamitatum vel ingruen-

gruen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

gruentium vel præſentium earundem vobis effector eſt? An qui nativitatem Chriſti annunciarunt Paſtoribus Angeli, ipſi etiam miraculoſæ illius nativitatis fuerunt effectores? Sed dato uno inconvenienti, quis prohibere poteſt ſequentia?

Non jam diſputo vobiſcum de ipſis prædictionibus aſtrologicis, ex inſpectione domiciliorum certo alicui tempori ſæpius ἀλογως aſſumpto, accommodatorum. &c.

Johannes Baptiſta Cyſatus Ingolſtadii Mathematicæ Profeſſ. Mathemat. Aſtronomic: de loco, motu, magnitudine & cauſis Cometæ, qui ſub finem anni 1618 & initium anni 1619 in cœlo fulſit, c. 7. Parerg. p. 79 ſeq.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

PRobabile eſt Cometam magna orbi & mortalibus mala portendere. Quænam autem calamitates, cui regioni quibusve populis intententur, vanum & temerarium eſt aſſeverare niſi quis oſtendat ſe divinis conſiliis interfuiſſe. Si enim vires & influxus perpetuorum Syderum, quæ totis ſeculis ſpectavimus, ignorantur, uti ſanè hactenus haud ſciuntur, quanto minus natura & agendi poteſtas horum vix terris oſtenſorum luminum cognoſcetur? Cui verò regioni Cometarum mala ominatio? Nam illi omnes ferè regiones, utpote cœleſtia aſtra, aſpiciunt & obeunt. Noſter certè Cometa cum fuit maximus, in Æquatore circum latus toti orbi ſpectaculum fecit. Ergone totus orbis inuſitatis calamitatibus iuvolvetur?

Aſſerimus itaque Cometas naturalem quidem originem & effectum habere, non ſecus atque alia, quæ cælo verſantur lucida & Phyſica corpora: ex mente tamen divinæ Providentiæ ſigna & omina magnorum & ſingula

gularium malorum eſſe. Et quemadmodum iridem Deus in Nubibus pinxit, ut in ea n bis fœdus ictum Gen.9 ob oculos poneret, ita Cometam in Cœlo accendit, ut ſeſe iram erga mortale genus accenſum eſſe oſtenderet Nemo ergo mortalium, nullus terrarum populus à fulguranti cælitùs Cometa ſe ſecurum credat, qui Deo ſe reum agnoſcit, &c.

Philippus Mullerus Mathem. Profeſſ. in Academ. Lips. Hypotypoſ. Cometæ 1618. viſi.

AN Cometæ quidam ad bonum & ad ſalutem apparere poſſint, abſolutè definiri nequit, cum bonum σχετικῶς dicatur, & plerumque uni malum bono ſit alteri & vice verſa, Vinci malum eſt, cadentibus, victori bonum. Theologis etiam pœnæ in bonis ſunt & rectè: Bonum mihi fuit à Te

corripi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

corripi Domine,ut diſcerem mandata tua. Et alibi; Vexatio dat intellectum.

Sic in naturalibus quoniam aliis agris & animantium cùm ſpeciebus tùm individuis pluviæ,aliis ſiccitatès ad fertilitatem, ad ſanitatem, ad muneris functiones meliores ſunt,non poteſt utriſque Cometa pariter, vel ad bonum apparere vel malum, ſive jam humectet,ſive exſiccet. Quis Cometam, ſi calefacit & ſiccat,non ad bonum ſuccedere dicat anno pluvioſo? ſin humectat, ſqualido? non reducit is temperiem?

Cum limitatione igitur accipiendum: οὐδεὶς κομήτης, ὅςις οὐ φέρῃ κακόν & id genus ſexcenta alia.

Atque hactenus mantice Cometica videtur ferri poſſe. Plura qui ab eâ poſtulat ſive ἀςρομάντης, ſive Conſultor,ſuæ curioſitatis præmium meritò fert deceptionem, cujus unum alterumque exemplum pro guſtu en tibi!

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Signum conſiderant inprimis & locum, in quo inceperit & finierit Cometa, ut quid quibus, & unde portendat, noſcant ex hoc cum tamen ſignorum nulla ſit cum rebus iis à quibus denominantur & prædicantur, ne minima quidem naturalis connexio, ſed ex mero placito hominum facta & agnominatio & dimenſio.

Et ut ſit aliqua; tamen de primo & ultimo Cometæ Ecliptico loco non magis conſtat inter eos, aut convenit ut plurimum, qvam quid rerum geratur apud antipodes hodié: ac penè dubito, an unquam rectè & ad unguem, ſicuti neceſſe eſt, ſi juſtum thema dare volunt, conſtare poſſit.

Teſtis Cometa proximus: Quidam, cui & ego accedo, primum viſum dicit ſub Scorpione, alter ſub Libra. Et tamen ambo æquè confidentes ſe & perbenignos exhibent in pronunciando: annon hæc eſt deluſio?

Quo ipſo quoquegravitatem & tarditatem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

ritem prædictorum captatam ex duratione Cometæ ruere, quis non videt? Siquidem ignorato principio (ne de diſparitione dicam) durationem quoque ignorari, neceſſe eſt.

Non diſſimile quid domibus cæleſtibus & depromptis hinc vaticiniis objicio. Et alioquin de ratione verâ & certâ diſtribuendi & quaſi metandi regiones cœli, tùm Aſtronomis conveniet, quando horologiis in pulſu horæ.

Nam quid hoc eſſe dicam? quod omnes promiſcuè ſtellas, etiam multum remotas á Zodiaci ambitu imponunt iís domibus, quæ capiunt loca ecliptica ſtellarum, cum ad oculum pateat ex Sphæricis ſaltem, tales ſtellas propter magnas declinationes ſuas cum longè aliis Punctis eclipticæ aſcendere ſupra Horizontem, quam ad quæ referuntur. Jam quivis Circulus poſitionis eſt, inſtar Horizonjis alicujus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Atque hinc fieri poteſt, ut, Aſtrologis inſciis Cometa noſter incidens in longè aliam domum, quàm quo pertinebat reverâ, ſignificationem ediderit alieniſſimam à præceptis artis, ne dicam â veritate ipsâ.

Quàm leve porrò, ex rubea Cometâ Sanguinärium facere aut incendiarium, ex lìvido Sandapilarium aut veneficum, &c. Cum hi colores, hæ luculæ mille præſtigias faciant oculis? Quam optabant aliqui, ut Cometa nuperus ruber eſſet?

Etiam illud nimiopere ſcire velim, ſi Cometa aliquis aut ſtatim aut paulo poſt ſimul & orientalis ſit & occidentalis, nunquid accelerationem an tetardationem eventuum præſagire debeam? Nam & hoc eſt inter artis emblemata ab orientalibus ſive matutinis nunciari celeres effectus, à verſpertinis ſeu occidentalibus tardos.

In omni lite, bello, contractu duæ ſunt partes, quarum uni plerumque ſuccedit præ alterâ. Ergo ſi Cometa rotrogradus ſit in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

ſigno utrique parti conſecrato (ecquid e-nim non contingat ejusmodi caſus?) quæ nam pars ſperare, quæ timere debet? neutra an utraque? ſi retroceſſus Cometæ argumentum eſt ſiniſtræ, ut directio ſecundæ actionis.

Cauda porrò ſuâ pene circa omnes mundi plagas rotatione, ſignificanter ſcil. denotabit, quibus apotelesmata metuenda ſint & unde.

Tandem de aſpectibus Cometæ & ceu collimatione cum Planetis unum adhuc moneo, quod potentiſſ: meo judicio aſpectum, Conjunct. cum Sole plerumque aut prætereant Aſtrologi aut ignorent.

Quid multis? ut qui totos dies jaculantur, caſu feriunt aliquando, & multiloquis inter centum futilia unum grave & verum excidit verbum, quod q. cum ratione dictum magnifit: Sic niſi Aſtrologi fortuitò incidant in verum, his quidem regulis artis, quas at-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

tulimus, licet & licebit eis fallere & falli, quantum & quamdiu velint.

Aut niſi vel Deus vel genius aliquis loquitur per illos nobiſcum, ad id uſus conceptibus Aſtrologicis, tanquam hieroglyphicis notis, quomodo ſe aliàs applicare ſolet Deus & ceu conformare noſtris cònceptibus, quem modũ ἀνθρωποπάθειαν vocant: Sed tum probare debent autoritatem ſuam, & cujus Spiritus filii ſint, oſtendere.

Hæc ſunt benevole Lector, quæ ſtrictim de Cometarum ſignificatione indicanda judicavi. Non pauca verò nunc indicta mihi videſis apud eos, quos laudavi, Scriptores. Quorum in libros ſi intrare volueris, intelligo facilimè te ad ea, quæ cupis, perventurum ab hoc aditu januâque patefactâ. Ex iisdem quoque haud obſcurum eſt, quæ adferri aut dici queant de Cometarum generatione, generationis loco, materiâ, causâ formali, efficiènte, finali, proprietatibus, causâ barbarum ac villorum, materiâ in qua lux

illa caudæ ſuſtentatur, de causâ curvaturæ caudæ, de motu, magnitudine, duratione, tempore anni, quo plures cometæ.

Quod ſi quis quærat, quinam præter ſeptem hoſce de naturâ Cometarum cauſisque egerint, ſuggeram ei præcipuos. Quales ſunt, idem Tycho de Cometâ anni 1577. Lib. Fromondus Meteorolog. lib. 3. cap. 1. artic. 1. & ſeqq. Willebrord. Snellius, Eryc. Puteanus de Comet. 1618. Item Fortunius Licetus, Joh. Camillus Glorioſus, Scipio Claramons Antitych. Et de univerſo lib. 15. cap. 8. ſeqq. Michael Mæſtlinus de Cometâ anni 1577. Cornelius Gemma apud Lovanienſes quondam Philoſophus ac Medicus eximius Apodix. Phyſ. & Mathematic. de eodem Cometa. de quo & D. Heliſæus Roëslin. D. Thaddæus Hagecius ab Hayck, Bartholomæus Scultetus Gorlicienſis, Andreas Nolthius Eimbeccenſis, Nicolaus Wincklerus Halæ Suevorum Phyſicus. Accedunt alii, ſed minùs accurati, D. Joh. Prætorius Reip. Norib. Aſtronomus. D. Marcellus Quarcialupus. D. Simon Grynæus in Comment. de ignitis Meteoris,

Meteoris, Georgius Heniſchius Med. & Mathem. Auguſtanus, Nic. Bazelius Batavus, Valentin. Steinmetz Profeſſ. Lipſ. Joh. Huernius ultraject, Georgius Buſchius Erfordienſis, alii magno numero, ſcripſerunt Quibus ſubjungi poſſunt, ex veteribus qvidẽ Plut. de Plac. lib. 3. cap. 2. Stob. Eclog. Phyſ. lib. 1. p. 63. Ammian. Marcellin. lib. 25. p. 328. Theophylact. Simocatta hiſt. Mauric. lib. 7. c. 6. p. 339. Plin. lib. 2. cap. 25. Ariſtoteles lib. 1. Meteor. c. 6, 7. Senec. l. 7. N. Q. Ex recentioribus, Regio montanus de Comet. an 1475. Ioh. Dullaert Gandavenſis lib. 1. Meteor. Conr. Daſypodius de Cometis, & eorũ effectibus: Joh. Voghelinus de Comet. anni 1532. Andr. Duditius de Cometarum ſignificatione Comment. Ludovicus Lavaterus Cometarum Catalogo. Cardanus de rer. Var. lib. 1. c. 1. lib. 14. c. 69. c. 70. Joh. Raſchius de Cometis. Abrah. Rockenbach. de Comet. Chriſtoph. Rothman deſcriptione Comet. 1585. Georgius Cæſius Catalogo omnium Cometarum ſecundum ſeriem annorum à Diluvio usque ad 1570. an-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

num conſpectorum: JoachCamerarius de Cometarum cauſſis, ſignificatione &c. Cyprianus Leovitius deConjunct. Magnis. Fr. junctinus Tract. de Comet. p. 1125. Hannib. Roſſel. lib. 5. Comm. 12. in Pœm. Triſmeg. Dial. 5. qu. 2. cap. 2. Fabrit. Pad. de Vent. c. 19. Garcæus Meteor. Thomas Campanella·Aſtrolog. lib. 7. cap. 4. artic. 2. Merſennus in Gen. cap. 1. verſ. p. 492. ſeq. p 827. & ſeqq. Renatus Des-Cartes Principior. Phil. Part. 3. cap. 119. p. 156. c 126. p. 162. ſeqq. Etiam hoc argumentum de cometis tetigerunt atq; illuſtrarunt, qui de mirabili nova ac ſplendida Stella anni 1572. ſcripſerunt. In quibus ſunt præter Tychonem. D. Bartholomæus Reiſacherus Profeſſor Mathematum Viennæ Auſtr. Thaddæus Hagecius Bohemus, Mich. Moeſtlinus eo tempore in oppido quodam Bachnang dicto Parochus, poſteà in Academiâ Heidelbergenſi, demum verò Tubingenſi Mathem. Profeſſor: Cornelius Gemma in erudito opere de divinis Mundi Characteriſmis, Hieronymus Munoſius Hiſpanus in A-

ca-

cademia Valentiana Matheſ. atq; Hebr. ling. Prof. Fr. Valleſius de iiis quæ Phyſicè in libris ſacris ſcripta ſunt cap. 1.

Auctarium.

1. IN *Ludovici Pii, Caroli M. filii, vitâ hæc leguntur: Mediante feſtivitate Paſchali (3. April, anno 836) dirum ſemper ac triſte portentum ibidem Cometæ Sydus in ſigno Virginis apparuit, in eâ parte ejusdem ſigni, quâ penulam ejus, ſubtus caudam verò ſerpentis, ſimiliter corvumq; conſtringunt. Quod cum (non) more ſeptem errantium Syderum, Orientem verſus peteret; per viginti quinq; dies, quod mirum eſt dictu, idem Sydus, & Leonis, & Cancri, nec non Geminorum tranſiens ſigna, in capite Tauri tandem ſub Aurigæ pedes igneum globum, jubarumq; prolixitatem depoſuit, quas usquequaq; porrexerat antea. Quam rem cum primùm Imperator, talium ſtudioſiſſimus, conſpexiſſet, conſtitit, & antequam quieti membra committeret, accitum quendam, itemq; me, qui hæc ſcripſi, & qui hujus rei ſcientiam habere credebar, percontari ſtuduit,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

quid ſuper eâ re mihi videretur. A quo cum tempus peterem, ut faciem Syderis conſiderarem, ac per hæc rei veritatem inveſtigarem, & cognitam in craſtinum nunciarem: Imperator ratus, quod erat verum, tempus me redimere velle, ne cogerer triſte aliquid reſpondere; Perge inquit, in moenia huic domui contigua, & nobis, quæ reſpexeris, nuncia. Novi enim à me hanc ſtellam nequaquam præteritâ veſperâ viſam, vel à te monſtratam. Sed ſcio, hoc ſignum Cometarum eſſe: de quo jam præteritis diebus locuti ſumus. Quid autem tibi portendere videatur, edicito. Cumq; aliquid dicerem, & aliqua tacuiſſem: Unum eſt, inquit, quod adhuc ſilentio premis. Mutationem enim regni, mortemq; Principis, hoc portento monſtrari dicunt. Cumq; ego teſtimonium Prophetæ in medium protuliſſem, quo dicitur Jerem. c. 10. v. 2. à ſignis cæli ne metueritis, quæ pavent gentes: ille ſolitâ uſus magnanimitate, & prudentiâ: Non alium, inquit, timere debemus, præter illum, qui noſtri, & hujus Syderis, creator eſt: ſed ejus clementiam non ſatis laudare, & mirari poſſumus, qui noſtram inertiam, cùm ſimus peccatores, & impœnitentes, talibus indiciis

dignatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

dignatur admonere. Quia ergò, & me, & omnes communiter, hoc oſtentum tangit, omnes pro poſſe, & ſapere, ad meliora feſtinemus, ne forte, miſericordiam illo prorogante, & noſtrâ impœnitudine impediente, nos illâ inveniamur indigni. His dictis, & ipſe paulisper mero indulſit, & omnibus id facere juſſit, & unumquemq; ad ſua ſe colligere præcepit, noctemq; illam, ut nobis perlatum eſt, pervigilem duxit, ac Dei laudibus; & obſecrationibus honoratam, luci ſupervenienti præſentavit: in cujus crepuſculo miniſtros aulicos vocavit, & eleëmoſynas quàm largiſſimè pauperibus, ac ſervis Dei, tàm Monachis, quàm Canonicis, porrigi juſſit, miſſarumq; ſolemnia, per quoscunq; potuit celebrari fecit, non tantum ſibi metuens, quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens.

2. Plinius lib. 2. cap. 25. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ admodùm fauſtus divo Auguſto judicatus ab ipſo, qui incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat Veneri genitrici, non multo poſt obitum patris Cæſaris, in Collegio ab eo inſtituto. Namq; his verbis id gaudi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

gaudium prodidit: Iis ipſis Ludorum meorum diebus, ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli, quæ ſub Septentrionib. eſt, conſpectum. Id oriebatur circa Undecimam horam diei, clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit, Eò ſydere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animã inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulachro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. Sic &

Origenes Contra Celſum lib. I. p. 46. ἀνέγνωμεν δ' ἐν τῷ περὶ κομητῶν Χαιρήμονος τοῦ στωικοῦ συγγράμματι τίνα τρόπον ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. *Legimus in Chæremonis Stoici commentario, quem de Cometis ſcripſit, quomodo interdum etiam res bonas exorti Cometæ præſignaverint idq; declarat exemplis petitis ex hiſtoriis*

3. Jul. Cæſ. Scaliger Exer: 79. ſ. 1. *Ejus motus celeritas ſecundum longitudinem obſervata eſt. Quippe quo tempore Carolus Rex invaſit Italiam, viſus fuit Cometes in occaſu Solis, qui paucis poſt*

diebus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

diebus Solem antegreſſus eſt. Hoc cum præceptor noſter Niphus ſcriptum reliquerit, placuit his adſcribere. Quanquam alius is à priore dici fortaſſe poſſit. Nos enim duos ſimul vidimus, alterum matutinum, alterum veſpertinum, multis diebus, diverſa latitudine, haud ita multis ab hinc annis.

4. *Tycho Brahe de Cometa anni 1577. cap. 9. p. 202. Tota capitis Cometæ diameter milliarium 368: Hinc conſequitur, quod dimetiens Cometæ fuerit quarta pars cum $\frac{2}{3}$ dimetientis globi terreſtris. Evadit itaq; proportio diametri cometæ ad diametrum terræ, ſicut 3. ad 14. etc. Per hanc rationem colligitur Cometam hunc fuiſſe terreſtri globo minorem centies ſemel cum $\frac{2}{3}$ ferè. Longitudo vera eandæ in ipſo cælo fuit 96. Semidiamet. terræ.* Quæq; autem ſemidiameter continet 860. milliaria Germanica. *Cyſatus de Com. 1618. cap. 5.* Dico *Comam Cometæ 1. Dec. longam fuiſſe 45. ſemidiamet. terræ, ſeu 38700. mill. germ. die 9. Dec. 137. Semidiam. terr. ſeu 117820. mill. Germ. die 17. Dec. 185. ſem. diam. ter. ſeu 159100. mill. germ. die 29. Dec. 445. ſemid ter. ſeu 382700. mill. germ. quo die longiſſima fuit, tanta quidem longitudine, ut quis 100. annis pertranſire non poſ-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

ſet, ſi quotidiè 10. Mil. conficeret, utq; citius quis totum terrarum orbem ſeptuagies circumire potuiſſet, quàm ſemel longitudinem Comæ Cometæ perambulare.

5. Cometarum barbas & caudas nihil aliud, quàm radios Solis eſſe per cometam trajectos, à Mathematicis ſic probatum, ut pudeat non credere. At quâ in materiâ lux illa caudarum ſuſtentetur, difficulter extricamus. Vid. Fromond. Meteorol. lib. 3. c. 4. artic. 2.

6. Cometa quidam, ſi Regiomontanum audimus, anno 1475. in proprio circulo 40. Gr. intra diem pertranſiit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
KB 129-96